



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CXXXVII. Burchard, Burggraf von Magdeburg, überträgt alle seine
eigenthümlichen Besitzungen, sowie seine Lehngüter, den Markgrafen von
Brandenburg, Johann, Otto und Konrad, und empfängt sie von ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

nec non illustres nostri Avunculi postmodum invocati, Dominus Otto, Marchio Brandenburgensis, et Dominus Albertus, Dux de Brunswich, quod quaecunque bona fuerint sic evicta, recompensare debemus et tenemur in bonis per villas alias aequae bonas. Datum Magdeburgi, anno Domini M. CC. LXVII., kal. Maii. In cuius rei testimonium et evidentiam pleniorum sigilla nostra appendi fecimus huic scripto.

Nach Olearii Magdeburgischem Copialbuche Vol. II. Mspt. — Abdrücke in Dreihaupt Beschr. des Saalkreises I, S. 42, in Lenzi's Beemann. enucl. 225 und in Boyssens' Allg. hist. Magazin III, 30.

CXXVI. Papsst Clemens IV. schlägt dem Könige von Sicilien eine Tochter des neulich verstorbenen Markgrafen von Brandenburg zur Gemahlin vor, am 17. Dezember 1267.

Clement etc. Carissimo in cristo filio Regi Sicilie illustri. — Venerabilem fratrem nostrum J. Tirensem archiepiscopum et dilectos filios fratrem E. de toneux ordinis predicatorum et minorum et C. Languiselli archidiaconum Lantaresii in Ecclesia Tholosana pacienter audiuimus super omnibus, que nobis singuli super hiis, que eidem inimica fuerant, ex parte tua proponere uoluerunt, ad que sic tibi duximus respondendum. Scimus satis eo modo, quo talia fieri possunt, expedire tibi et tuo statui, quam cito poteris et se congruent facultas obtulerit, ad secundas nuptias conuolare, et sicut alias tibi scripsimus non uidemus matrimonium conueniens, nisi cum filia carissimi in cristo filii nostri Regis Aragonum illustris, aut filia Marchionis Brandenburgensis, quem nuper audiuimus decessisse, de qua tamen, cuius etatis sit aut stature, multoque minus cuius educationis extiterit, ignoramus. Et finaliter, si alie consonant circumstantie, melius et utilius fedus huiusmodi nuptiale cum predicta Regis aragonum filia iudicamus, ad quod tractandum Nuncius unus non sufficit, quem multi possunt casus fortuiti impedire, ideo uidetur nobis congruum, quod duo mittantur, quorum unus sit frater E. predictus, et dabimus ei socium, quem uolueris, et libenter tibi iuxta desiderium tuum offerimus Alfatum, Nepotem nostrum, set multum est debilis, quem quartana sua magis crudeliter quam fideliter comitatur. Sperat tamen, quod infra Epiphaniam Domini, si contrarium aliquid non emerferit, ualeat proficisci etc. Datum Viterbii, XVI. Kalendas Januarii, anno Tertio.

Nach einer Abschrift aus dem Vaticanischen Geb. Archive Epist. Clement. IV, Nr. 437. Anni III. T. IV.

CXXVII. Burchard, Burggraf von Magdeburg, überträgt alle seine eigenthümlichen Besitzungen, sowie seine Lehngüter, den Markgrafen von Brandenburg, Johann, Otto und Konrad, und empfängt sie von denselben wieder zu Lehn, am 29. Dezember 1267.

Burchardus, dei gratia Burgravius Magdeburgensis senior, Omnibus has literas visuris salutem. Vt quod rite agitur, iuste ad posteros referatur, Uniuersis Cristi fide-

bus tam presentibus quam futuris volumus esse notum, quod nos dominis nostris, Illustribus principibus Johanni, Ottoni et Conrado, Marchionibus Brandenburgensibus, una cum Burchardo, Nato nostro dilecto, omnem proprietatem nostram dedimus et eandem pheodali titulo recepimus ab eisdem. Insuper et omnia bona nostra pheodalia, que ab imperio usque ad hec tempora tenuimus, similiter ipsis dimisimus et eadem recepimus a dictorum manibus Marchionum. Ad hec etiam omnia bona nostra pheodalia, que ab ecclesiis, videlicet Magdeborch et Haluerstat, tenemus in pheodo, cum primum dicti domini nostri eadem bona a prelatibus earundem ecclesiarum quocunque modo valuerint obtinere, ipsis similiter resignabimus. Ac etiam pro eisdem bonis erimus eorundem Marchionum deuoti pariter et vassalli. In huius igitur facti nostri euidentiam ac robur perpetuum obtinendum dominis nostris supradictis dedimus hoc presens testimonium litterarum, sigilli nostri munimine roboratum, adhibitis etiam testibus, quorum nomina hec sunt, Vlricus dictus dienegreue, Fridericus Musere, Henricus de Morunge, Bernardus de Wardenberch, Anselmus de Blankenborch, Johannes de Wozstrowe, Gerardus de Boycineborch et alii quam plures. Datum Grangfoye, anno domini M^o. CC^o. LXVIII., III^o. Kal. Januarii.

Nach dem Originale des R. Ges. Kabinet-Archives R. 491, A. — Ungenau, mit einer Lücke und unter der Jahreszahl 1268 bei Gercken, Cod. V, 81 abgedruckt.

CXXVIII. Die Aebtissin Gertrud von Quedlingburg überträgt die Vogtei über Mikelenuelt, deren erster Lehnbesitzer der Markgraf Otto von Brandenburg war, nach erfolgter Resignation desselben und seiner Afterslehnsleute, der St. Wipert-Kirche zu Quedlingburg, im Jahre 1267.

In nomine Domini, Amen. Gertrudis, Dei gratia Quedelingsburgensis Abbatissa, omnibus in perpetuum. Quia rebus gestis cibus obliuionis detrimenta succedunt, oportet, vt ea, que ad pacem et commodum fuerint ordinata, litterarum testimonio roorentur. Hinc est, quod ad noticiam tam presentium volumus peruenire, quam futurorum, quod Dominus Ekehardus Prepositus totusque conuentus ecclesie S. Wiperti in Quedelingsburg, aduocatum quinque mansorum in Mikelenuelt, a duobus fratribus, Domino Willikino et Bertrammo de Hoiem militibus, redemerunt, pro aduocatia cuiuslibet mansi quatuor marcas fertone minus dantes eisdem. Simili modo litones ecclesie S. Wiperti, residentes in eadem villa Mikelenuelt, aduocatum octo mansorum ab eisdem militibus redimentes, dederunt pro aduocatia cuiuslibet mansi pecuniam pretaxatam. Insuper plebanus, in eadem villa residens, Dominus Godescalcus, aduocatum duorum mansorum, ad ecclesiam eiusdem ville pertinentium, a prefato Domino Bertrammo de Hoiem pro sex marcis redemit. Predicti vero milites aduocatum omnium predictorum mansorum Domino Annoni et Henrico de Heimeburg, militibus, resignauerunt, a quibus tenebant eadem. Ipsi vero resignatam sibi aduocatum obtulerunt Domino Ottoni, de Brandenburg Marchioni, qui ius feodi, quod in eadem aduocatia habebat, per litteram nostris manibus resignauit. Nos